



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

9. de eodem quantum ad vsum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

ficit & saginat. Habet etiam similitudinem cum re mystica, quæ est vnitas fidelium ex multis fidelibus resultans. iuxta Apostolum, *1. co. 10* Vnus panis & vnum corpus multi sumus.

DE EVCHARISTIAE  
sacramento quoad  
suscipientes.

DISTINCT. Nonæ

CAP. Primum.

*Duo sunt modi manducandi hoc sacramentum.*

*de ver. dom. & de cõse. d. 2. ca. quide est christu. tract. 23. in 10.*  
**E**T sicut duæ sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi: Vnus sacramentalis, quo boni & mali edunt: Alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Aug. Quid est Christum manducare? non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere (multi enim indignè accipiunt) sed in ipso manere, & in se habere ipsum manentem. Spiritually enim manducat, qui in vnitate Christi & Ecclesiæ (quam sacramentum significat) manet.

CAP. 2. *Mali realiter corpus Christi suscipiunt.*

**P**Ræsumpserunt quidam dicere corpus & sanguinè Christi à bonis tantum sumi, & non à malis, sed indubitanter tenendum est à malis sacramentaliter, id est sub

E P I T O M E

specie visibili, carnem & sanguinem Christi  
 verè suscipi. Quod subditis probatur testi-  
 moniis. Greg. Est quidem in peccatoribus & *4. dia.*  
 indignè sumētibus vera Christi caro & ver<sup>o</sup>  
 sanguis, sed essentia salubri, & nō efficiētia.  
 Et August. Multi indignè accipiunt corpus *in Ioh.*  
 domini. De quibus Apost. ait, Qui mandu- *tra. 26*  
 cat & bibit calicem domini indignè, iudiciū  
 sibi manducat & bibit. Per quod docemur  
 quàm sit cauendum malè accipere bonum.  
 Ecce enim factum est malum, dum malè ac-  
 cipitur bonum. sicut contrà Apostolo factū  
 est bonum, cum bene accipitur malum, scil.  
 dum stimulus Sathanæ patienter portatur.  
 Ergo & mala bonis profunt, sicut Angelus  
 Sathanæ Paulo, & sancta obsunt malis.

Cum autem dicit August. Bonus acci- *in glo.*  
 pit sacramentum & rem sacramentj: malus *1. cor. 2*  
 verò sacramentum & non rem: Sacramentū  
 intelligit corpus Christi proprium de virgi-  
 ne natum: rem verò, spiritualement Christi car-  
 nem, quam malus non suscipit, quia ipsam ef-  
 ficientiam, id est remissionem peccatorum,  
 non percipit.

DE SACRAMENTO EV-  
 charistiæ quantum ad  
 veritatem.

D I S T I N C T. Decimæ

C A P. Primum,